



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Idem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

uanda & exponenda per consilium eorumdem in fauorem fidei & ad hæreticos extirpandos, non obstante huiusmodi diuisioni statuto aliquo condito, vel condendo.

*Penæ violan-  
tium has con-  
stitutiones.*

Si quis autem de cætero aliquod istorum statutorum seu constitutionum attentauerit delere, diminuere, vel mutare sine auctoritate Sedis Apostolicae speciali, Potestas, Capitaneus, seu Consul, vel alius quis Recht, qui pro tempore fuerit in illa Ciuitate vel loco teneantur cum tanquam defensorem hæreticorum publicum, & fauorem secundum formam præscriptam perpetuo publice infamare atque punire in libris Quinquaginta Prouenientiæ in pecunia numerata: quam si exigere non poterit, cum maleficij banno supponat, de quo eximi non valeat, nisi soluerit duplam dictæ pecunia quantitatem.

*Magistratus se-  
culares syndi-  
centur.*

Teneatur sane potestas seu Capitaneus, Consul, seu quis Recht infra decem dies sui regiminis syndicare præcedentem proximo Potestatem, Capitaneum, Consulem, vel Rectorem, & eius etiam confessores per tres viros Catholicos & fideles, quos eligant unam cum diœcesan. fratres Predicatores & Minores à suis Priore & Guardiano pariter assignati de omnibus his, quæ in statutis istis seu constitutionibus & legibus contra hæreticos & eorum complices editis continentur, & punire iplos si exceferint in omnibus & singulis quæ omiserint, & cogere restituere de propriâ facultate: Non obstante si per aliquam licentiam consilij vel alterius cuiuslibet à syndicatione fuerint absoluti.

*Statuti his con-  
stitutionibus  
aduersa dolean-  
tur.*

Jurabunt autem prædicti tres viros bona fide syndicare præfatos de omnibus supradictis. Cæterum tenetur Potestas, seu Capitaneus, Consul, aut quis rector cuiuslibet Ciuitatis, vel loci delere, seu abradere penitus de statutis, & Capitularibus Communis quocumque statutum conditum, vel condendu inueniat contradicere istis constitutionibus, seu statutis, & legibus, seu quomodolibet obuiare, & in principio, & in medio, sui regiminis hæc statuta, seu constitutiones, & leges in publica concione facere solemniter recitari: Et etiam in alijs locis extra Ciuitatem suam, seu locum sicut diœcesan. seu inquisitoribus, seu inquisitori, & fratribus supradictis videbitur expedire.

*Constitutiones  
juxta qualiter  
scribende, ut  
conseruentur.*

Porro hæc omnia statuta, seu constitutiones, & leges, & si qua alia contra hæreticos, & eorum complices tempore aliquo auctoritate Sedis Apostolicae conderentur, in quatuor voluminibus vnius tenoris debeant contineri. Quorum unum sit in statuto Communis cuiuslibet Ciuitatis, seu loci: Secundum apud diœcesan. Tertium apud fratres Predicatores: Quartum apud fratres Minores cum omni sinceritate seruentur, ne possint per falsarios in aliquo violari. Datum Anagniæ iij. Kalen. Decembris, Pontificatus nostri Anno Quinto.

I D E M .

Inquisitores hæretica prauitatis cogere possunt magistratus seculares quocumque nomine censeantur, per excommunicationem in personas, ac priuationem ab officijs, & interdictum in terras, ut sublatio omnium dilationis, & difficultatis obstatculo, appellatione remota, executioni mandent sententias ab Inquisitoribus latas, & ferendas contrahentes, & suspectos de hæretica prauitate, credentes, fautores, & receptatores eorum: non obstante quacumque indulg. Sedis Apostolicae, per quam hoc decretu impediri possit, aut diffiri.

Eiusdem tenoris vidimus aliud rescriptum eiusdem Alexandri iiiij. Datum Lateran. Idibus Decembris, Pontificatus sui Anno Sexto.

Edita anno Do-  
mini 1260.

**A**LEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis fratribus de ordine Minorum, inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Prouincia beati Francisci, Salutem & Apostoli cam benedictionem.

Ex Archivio co-  
uentus S Fran-  
cisci de Affilio.

A d. audience nostram peruenit, q. Potestates, Rectores, Iudices, Antiani, Officialis, Consilia, & communates, quorundam castrorum, locorum & ciuitatum Prouincia Beati Francisci, in qua inquisitio contra hæreticos vobis à Sede Apostolica est commissa, circa executiones sententiarum, quas contra notatos, & suspectos de hæretica prauitate, credentes, fautores, & receptatores eorum profectis, à vobis super hoc requisiti, se interdum reddunt difficiles, & etiam negligentes: Nos itaque volentes quod negotium inquisitionis huiusmodi salutarem consequatur effectum, circa ea intendimus animo vigilanti, per qua submittis quibuslibet obstatculis, prædictum negotiorum Deo proprio de bono in melius dirigatur. Quocirca vniuersitati vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus Potestates, Rectores, Iudices, Antianos, officiales quocumque nomine censeantur, consilia & communates prædicta, quod huiusmodi sententias à vobis latas, & ferendas etiam sublatio cuiuslibet dilationis, & difficultatis obstatculo executioni demandent, monitione premissa per excommunicationis in personas Potestatum, Rectorum, Iudicium, Antianorum, officialium, & consiliariorum, ac priuationis ab officijs, & in ciuitates, castra, & loca huiusmodi interdicti sententias, appellatione remota cogatis: Non obstante aliqua Indulgentia Sedis Apostolicae, de qua cuiusque tenore oporteat in nostris litteris plenam, & expressam mentionem fieri, & per quam effectus præsentium impediri valeat, vel diffici.

<sup>† Confert om-  
nino rescriptū  
Innocentij viij.  
incipit. Dilectus  
filius, relatum  
iuxta.</sup>

Datum Anagniæ xij. Kalen. Februario, Pontificatus nostri anno sexto.

De Curia.

I D E M .

Inquisitores per censurā ecclesiasticā, appellatione remota, inuocato si opus fuerit auxilio seculari per exaltatio-